



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Ivtta Vidva. 5. Maii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

256 *Vite Sanctorum.* 5. Maii.  
contenderet. Huc priusquam Româ  
iret, DD. Franciscum & Dominicum  
felici pede offendit. Nam Franciscus re-  
pentè plenus Numine fatidico ad pedes  
ANGELI accidit, osculoque his fixo,  
martyrem voce gratulabundâ salutavit.  
Sed & hunc vati suo vatem fuisse  
ajunt, & jam tum cœli nomine pro-  
misso Francisco illa vulnera honestissi-  
ma, alterum haud dubiè nec minùs  
nobile martyriū. Cæterum in Siciliam  
appulsus, cum Berengarium Comitem  
incestâ cum sorore consuetudine mul-  
tis jam annis infamem clam primò,  
tum palam castigasset, immissâ hæreti-  
corum manu, in ipso templo, plura  
vulnera pro concione interque hæc le-  
thale accepit. Atque ex hoc paulò post  
mortuus, ad cognomines abiit ANGE-  
LVS. Ex Rzov. 13.10. Ann. Eccl. & Ferr.

S. IVTTA VIDVA. 5. Maii.

**Q**VI IVTTAM legis, legentem lege.  
Nam & illa à teneris vitas legere  
Divorum gaudebat; sed & quod pauci  
facimus, facere gaudebat, quæ legerat.  
Nubilem jam & fugam è mundo me-  
ditantem, nuptiæ illustres implicarunt,  
neque tamen manus virtuti ligarunt.  
Mundum omnem muliebreim, quem à  
parentibus & ipsis illustribus nobilissi-  
num acceperat, ad vestienda ornanda-  
que mēdicabula omnem contulit, rectè  
non

II.  
mā  
m  
re  
des  
xo,  
vit.  
e  
ro  
tis  
nūs  
am  
em  
sul  
nō,  
eti  
ura  
le  
ost  
GE  
rr.  
ii.  
ge.  
c  
uci  
rat.  
ne  
ent,  
nt.  
n à  
ssi  
da  
ctè  
on

6.MAI. *Vita Sanctorum.* 257  
non pulchrius micare gemmas & uniones rata, quam in pauperis Christi centonibus. Iamque eò devenerat, ut decotia ingenti dote, necessaria ad vitam mendicare ipsa non sine risu improborum cogeretur. Sed laudavit Christus hanc prodigalitatem conspicuus, & iterum ditavit illis verbis: *Omnia mea tua sunt, & tua mea.* *Enim* verò tam opulentiam se ubi circumspexit IVTTA, effusior etiam dehinc vixit. Neque tamen redigi ad incitas potuit liberalis dextera. Iterum Christus illi visus potestatem fecit ex divite cordis sui ærario quas luberet opes depromendi. Illa Sapietiae sanctioris thesauros deprompsit, ut jam sine alio Doctore arcana fidei calleret, & in ipsa adyta sanctissimæ Triadis mulier se penetraret. Nimirum neque jam supremum ægram à Christo ad notas delicias invitatam miror, neque dubito animum membris solutum restâ in cœlos abiisse, cum versus hos in aërem abiisse inter preces, etiam cum corporis pondere legam. *Ex Bzov. to. 13.*  
*Ann. Eccl.*

S. IOANNES DAMASCENVS.  
6.Maii.

ETiam hic IOANNES, cui patria EDAMASCENO nomen fecit, inter VIRGINIS cultores in paucis est numerandus. Cum enim Saracenorum Duci

R à con-